PROBLEMA PRIMVM.

Medium ſive æqualem motum longitudinis Lunæ à Sole (hoc eſt, motum puncti C in H, &c.) ad quodvis datum tempus colligere. Cop. lib. 4. c. 4.

Motus longitudinis Lunæ, ut & reliquorum 5 planetarum, primum deducitur à Sole. Deinde collatione facta cum motu Solis, facilè ejus locus, vel à prima ſtella Arietis, vel ab æquinoctio verno reperitur.

Eſt autem periodus curſus Lunæ à Sole dierum 29 ſcrupulorum 31. 50″. 7‴. 52⁗. 57′′′′′.

Unde conficitur

Motus eius annuus 1ˋˋ. 14ˋ. 9°. 37′. 22″. 36‴. 25⁗.

Motus diurnus . . . . . 12. 11. 26. 41. 31.

Motus horarius . . . . 30. 28. 36. 44.

Et fuit tempore N. C. motus Lunæ à Sole 3ˋ. 29°. 58′.

Ex quibus ita ſumtis, æqualem motum Lunæ ad tempus ſupra datum colligo hoc modo.

II. Sex. an.		Sex. anni.
1.	1ˋˋˋ. 14ˋˋ. 9ˋ. 37°. 22′. 36″. 25‴.	26. 40.
	24. 43. 12. 27. 32. 8. 20.	20. 20.
	6. 10. 48. 6. 53. 2. 5.	5. 20.
	49. 26. 24. 55. 4. 16.	1.
	36. 42. 51. 6.	

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG